

CAPUT XXIX.

253

dam Theologos Angliae provocare non erabuit, ponens inter alia verba hæc ferè thrasonica: *Si præstitero cælos esse, diuos esse, Christum esse, fidem esse, causam obtinui: hic non animosus ero? Occidi quidem possum; superari non possum.* Pari impudentiâ Jesuitas ante Colloquium Ratisbonense Anno 601. scriptitasse legimus: die Prædicantibus solent kommen/ wenn sie ein Herz im Leibe hätten/ sie wolten sie lebendig fangen; würden sie einen Syllogismus bringen/ der in Bocardo wäre/ so wolten sie ihm eins an ein Ohr geben/ und sprechen: Er sey in Bocallo.

Explicatio III. Actus.

In III. Actu Jehova suum promulgat mandatum ac sententiam, cuius duæ partes. In (1) jubetur Jeremias loco lignei jugi ab Hanania confracti fabricari jugum ferreum ad præfigurandam ferream i.e. diuturniorem servitutis Babylonicæ durationem. In (2) Hanania propter Pseudoprophetian, qvâ populum subducere autus, indicitur Obitus repentinus, qvi & mox eodem anno secundo ab illo Mense subsecutus. Quo docemur, sicut longævitas præmium pietatis; Exod. 20, 12. Deuter. 25, 15. 1. Reg. 3, 14. 1 Prov. 3, vs. 2. 16. 19. 6. 9. 11. C. 10. 27. C. 11. 10. C. 28. 16.: ita vitæ abbreviationem esse penam impietatis 1. Sam. 2, 23. Psalm. 55, 24.

*Αξιουμνονότατα.

1. τὰ λεξικά.

1. Amen adverbium optandi & affirmandi. 2. Pax omnigena felicitas. 3. Jugum ferreum.

2. τὰ γνωμικά.

Observatione digni sunt vi. 8. & u'.

3. τὰ δημηγορικά.

Sufficiunt duæ conciones Narrationi istius capititis, quarum 1. ex primâ. 2. ex secundâ & tertiatâ ejus parte instituenda.

CAPUT XXIX.

Nexus.

Dicitur populi servitus de jugo ferreo in præcedenti capite præfigurata: In hoc Episto à ad Hebraos cum Iechane jam pridem in Babyloniam abductos confirmata.

v

Quesit